Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26594
Copyright: Admont, Benediktinerstift



insanguine tuo. doce me queso seruum tuum indignum
quem inter cetera dona tua etiam ad officium sacerdotale nullis
meis meritis sed sola mie tue dignatione uocare dig
natus es doce me queso per spm scm tantum tractare mys
terium ea reuerencia et amore. ea deuotione et timore qua
bus oportet et decet. Fac me per gram tuam semper illud
de tanto mysterio credere et intelligere. sentire et firmi
ter retinere. dicere et cogitare qd tibi placet et exped
anime mee. Intret dne spc tuus bonus in cor meum.
qui sonet sine sono et sine strepitu uerborum loquatur
omnem ueritatem tantorum mysteriorum. Profunda quippe
sunt nimis et sacro uelamine tecta. propter magnam cle
menciam tuam concede mihi missarum sollempnia puro cor
de et munda mente celebrare. Libera dne cor meum
et ab inmundis et uanis nefandis et noxiis cogi
tationibus. Muni me beatorum angelorum fida et pia cus
todia ut hostes omnium bonorum confusi discedant. per
uirtutem tanti mysterii. et per manum sci angeli tui repel
le a me et a cunctis seruis tuis durissimum spm su
perbie et scenodoxie. inuidie et blasphemie forni
cationis. et inmundicie dubietatis et diffidencie. Con
fundantur qui nos persecuntur. pereant illi qui cuncta per
dere festinant. Rex uirginum amator castitatis. inte